

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23**

Pars Hiemalis - St. Blasien 20

**Gerbert, Martin**

**[St. Blasien], [um 1774 - 1777]**

Supplement zum De tempore-Teil

[urn:nbn:de:bsz:31-48925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48925)

# Pars hyemalis

## Proprium de Tempore.

In Natali Domini.

In II. Vesp. post Ant. ad Magnificat sicut Annotatio

### Pro Commemoratione S. Stephani

Ant. Convocantes duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Considerate viros ex vobis boni testimonii plenos Spiritu sancto: \* placuit sermo coram omni multitudine, sed elegerunt Stephanum. Act. 6.

V. Beatus, quem elegisti, et assumisti, Domine; R. Inhabibilis in altis tuis. Ps. 144.

Collecta Da nobis. ut infra ad Natal.

Die XXVI. Decembris.

S. Stephani Diaconi et Protomartyris  
Festivitas II. Classis.

Die XXVII. Decembris

S. Joannis Apostoli et Evangeliste  
Festivitas II. Classis.

Die XXVIII. Decembris.

Sanctorum Innocentium  
Festivitas III. Classis.

In II. Vesp. post Commemor. de Octava hoc annotatio fiat:

Si sequenti die occurrat Dominica, loco Commemorationis de Octava Natalis Sui, sicut Commem. de seq. Dominica ex I. Vesperis, ut infra.

Dominica intra Octavam  
Natalis Domini.

In Fine II. Vesp. sequens annotatio fiat:

Si hoc Dominica die 26. 27. 28. vel 29. Decemb. vel 1. Januarii occurrat, nil his diebus fit de ea: sed die XXIX. Decembris officium dicitur sequenti modo.

Ad Vigilias omnia, ut infra, diebus intra Octavam notatur. Collecta de Dominica per totum diem. Ad Matutinas Psalmi seriales, Ant. fact. br. et Hym. ex Nat. Sui, Vel Ant. ad Benedictus ex Dominica; et sic in Vesperis. Ad Horas Antiphona ut in Nat. Sui. Lect. br. et ex Dominica.

Diebus

CC.

### Dominica

(i Si qua occurrat inter  
Circumcisionem et Epiphaniam.)

Omnia ut supra in Dominica intra Octavam Natalis Domini, pag. exceptis his, quae sequuntur.

Respondentur propria hujus Dominicae.

### In Feriis

A Circumcisione usque ad Vigiliam Epiphaniae.

Omnia ut supra diebus intra Octavam Nat. Sui. p. In I. Nocturno psalmi dicuntur cum Antiphonis et V. ex psalterio.

Die II. Januarii.

S. Fulgentii Episc. et Confess. Xli.

Omnia de Com. Pontificum, except. quo sequuntur.

In I. Nocturno.

Ex Epistola B. Pauli

Lectio III.

Ex ejus vita per discipulum scripta apud Bolland.

Fulgentius &c.

Post lectionem II. addantur R. & V. ut 527. habeatur.

Alia Lectio III. si forsan Iesum S. Fulgentii non celebratur.

Videatur Brev. Cong. S. Mauri. Pars II. p. 212.

Ex Epistola S. Dionysii Alexandrini Episcopi ad S. Dionysium Papam. Epist. Rom. Pont. Edit. Bened. Saecul. III.

Non erat tempus, quando non erat Mater.

R. Decem principium in die virtutis tuae in splendore sanctorum; \* Ex utero matris luciferum genui te. \* Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. \* Ex utero gloria. \* Ex utero. Ps. 109. et c.

Ex die XXIX. Decemb.

Ad Benedictus Ant. Ego sum lux mundi; \* qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitae. Ioan. 8.

Collecta. Sac. Leon.

Omnipotens sempiternus Deus, qui in Domini nostri Iesu Christi Filii tui Nativitate tribuisti totius Religionis initium perfectionemque constare, et de nobis quosumus, in eius portione conseri, \* in qua totius salutis humanae summa consistit. Per eundem.

Ad Magnificat Ant. Ex Deo processi et veni; \* neque enim a me ipso veni, sed ille me misit. Ioan. 8.

Die III. Ianuarii

Ex die XXX. Decem.

Ad Benedictus Ant. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Unigenitus, ex Deo natus est. \* Et omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit et eum, qui natus est ex eo. 1. Ioan. 5.

Collecta. Sac. Leon.

Da quosumus Domine, populo tuo inviolabilem fidei firmitatem; et ut qui Unigenitum tuum in tua tecum gloria sempiternum in veritate nostri corporis natum de Virgine Matre Virgine confitentur, \* et a presentibus liberentur adversis, et mansuris gaudiis inserantur; Per eundem.

Ad Magnificat Ant. Christus Iesus factus est nobis sapientia a Deo, \* et iustitia, et sanctificatio, et redemptio. 1. Cor. 1.

Die IV. Ianuarii

Ex die XXXI. Decem.

Ad Benedictus Ant. Recordatus est Dominus populi sui, \* et miseratus est hereditatis suae. Ps. 106.

Collecta. Sac. Leon.

Deus, qui humanum genus, a suo principe lethaliter sciatum, Christi tui Nativitate salvare dignatus; et propterea quosumus, ut non horreamus in perditionis auctore, \* sed ad Redemptoris nostri consortia transferamur. Per eundem.

Ad Commem. S. Iulii Crekensis Ep. et M. de Communi unius Martyris. Collecta. Deus cuius gratia.

Hoc Antiphona adest in II Vesp. S. Innocent.

Ad Magnificat Ant. Misit Deus Filium suum benedictum vobis, \* et conversat se unusquisque a nequitia sua. Act. 13.

Dominica intra Octavam

Epiphaniae

In fine II. Vesperarum haec Annotationes fial: + int. Malulinis,

Si haec Dominica in diem Octavam incidat; sabbatho procedente a Vigiliis omnia fiant de Octava proder. scilicet be. et c. et Antiphon. ad Benedictus, quo sunt ea Officio Dominico cum ejusdem Collecta ut omnes Horas usque ad Nonam inclusive.

Omnia, ut in Brev. a p. 229. usque 232. propter sequentia:

Sabbatis ante Dominicas ab Octava Epiphaniae ad Septuagesimam.

Dominicis ab Octava Epiphaniae ad Septuagesimam.

Ad Malulinas.

Lectio. Vil. 2.

Christus dedit semetipsum pro nobis; ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, factorem bonorum operum. Ps. 71. et Hymnus ut ibi.

V. Dominus virtutem populo suo dabit. R. Dominus benedictus populo suo in pace. Ps.

Ad Vesperas.

Lectio. Act. 10.

Vos scitis, quod factum est verbum per universam Iudam: quomodo unxit Deus Iesum a Nazareth spiritu sancto et virtute, qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

R. V. Fili.

Hymnus. Christus.

V. Deus Rex noster ante secula, R. Operatus est salutem in medio terris. Ps. 45.

Et.

In Feria  
Ab Octava Epiphania ad Septuagesimam.

Omnia, ut p. 252. proder sequentia.

Ad Matutinas.

Psalmi, et Ant. de Psalterio.

Lectio. Ephes. 2.

Cramus natura filii irae, sicut et ceteri; Deus.

R. V. Benedictionem. et Hymnus ut supra in Dominicis p.

V. Intendo, prospere procede, R. Et regna propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Psal. 71.

Feria II.

Ad Benedictus Ant. Nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum; \* et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. 1. Cor. 8.

Collecta. Sac. Gelas.

Omnipotens sempiternus Deus, ut huc ser. in Psal.

Feria III.

Ad Benedictus Ant. Unus Deus, unus et mediator Dei &

Collecta. Sac. Gelas.

Deus, cuius & ut huc ser. in Psal. Et sic in reliquis feriis et Sol. et Collecta ex Psalterio hic apponatur.

Ad Vesperas.

Lectio. Act. 10.

Verbum nihil Deus filius Israel, annuntians pacem per Iesum Christum; Hic est omnium Dominus.

R. V. Fili. et Hym. Christus ut supra in Dominicis p.

V. Tu es ipse rex meus et Deus meus, R. Qui mandas salutes Iacob. Ps. 45.

Feria II.

Ad Magnificat Ant. Omnia per ipsum facta sunt, \* et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ioan. 1.

Collecta, ut supra in Matut.

Feria III.

Ad Magnificat Ant. Ipse est et sic in reliquis feriis ex Psalterio hic ant. apponatur.

Responsoria per Quadragesimam  
Ad Lectiones ex Scriptura pro Festivitatibus  
hoc tempore celebrandis.

NB. In qualibet lectione ponatur Divisionis  
signum p.

In Lect. I. post verba  
non est cognitus ab eis. p. Recordatusqs.

In Lect. II.  
Compressuri meridie. p. Igitur.

In Lect. I.  
in Aegyptum. p. Bionium est.

In Lect. II.  
Oculos tuos. p. Surrexit.

In Lect. I.  
semen tuum. p. Cumque tulisset

In Lect. II.  
super terram. p. Videns autem Joseph.

In Lect. I.  
comburetur rubus. p. Cernens autem.

## Pars Vernalis.

### Feria V. post Cineres.

R. I. Sapientiam non vincit malitia. \* Adtingit ergo a fi-  
ne usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. \* Notum  
a seculo est Domini opus suum. \* Adtingit. Sap. 7 et 8. Act. 25.

R. II. Non est sapientia, non est prudentia, \* Non est consilium  
contra Dominum. \* Scriptum est: Comprehendam sapientes in  
astutia eorum. \* Non est. Prov. 21. 2. Cor. 2.

R. III. Induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera  
misericordie, \* Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem  
habet querelam. \* Dimittite, et dimittimini. \* Donantes.  
Col. 3. Luc. 6.

R. IV. Noli vinci a malo, \* Sed vince in bono malum.  
\* Omnis injuria proximi ne memineris. \* Sed vince. Gloria.  
Vince. Rom. 12. Celi 10.

### Feria VI. post Cineres.

R. I. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod  
vendidistis me in his regionibus; \* Pro vestra enim salute misit  
me Deus ante vos in Aegyptum. \* Et quod ipsum est sapientia et  
fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam. \* Pro vestra.  
Genes. 45. Job. 12.

R. II. Sapientiam non vincit malitia. \* Adtingit ergo a fi-  
ne usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. \* Notum  
a seculo est Domini opus suum. \* Adtingit. Sap. 7 et 8. Act. 25.

R. III. Dixit Jacob: Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus  
vivat. \* Vadam, et videbo illum, antequam moriar. \* Excullat  
gaudio pater justus: qui sapientem genuit, lolabitur in illo. \* Vadam.  
Genes. 48. Prov. 25.

R. IV. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repro-  
misionibus, sed a longe eos aspicientes et salubantes, et \* Consi-  
lentes, quia peregrini et hospites sunt super terram. \* Qui  
hoc dicunt, significavit se patriam inquirere. \* Consilentes. Gloria.  
\* Consilentes. Hebr. 11.

### Sabbatho post Cineres.

R. I. Dixit Jacob ad Joseph: \* Jam lotus moriar, quia vidi  
faciem tuam, et superstitem te relinquo. \* Non sum fraudatus  
aspectu tuo; insuper ostendit mihi Deus semen tuum. \* Jam.  
Genes. 46. 46.

R. II. Benedixit Jacob filius Joseph, et ait: \* Deus, in cujus  
conspicui ambulaverunt patres mei, benedicat pueris istis. \*  
Vide Jacob moriens, singulos filiorum Joseph benedixit. \* Deus. Genes.  
48. Hebr. 11.

R. III. Dominus testamentum confirmavit super caput Jacob,  
agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi hereditatem, \* Et  
divisit illi partem in tribubus duodecim. \* Conservavit illi ho-  
mines misericordie, invenientes gratiam in oculis omnis carnis.  
\* Et divisit. Celi. 24.

R. IV. Nemo natus est ut Joseph princeps fratrum, firmamen-  
tum gentis, stabilimentum populi, \* Et \* Osa ipsius visitata sunt,  
et post mortem prophetaverunt. \* Vide Joseph moriens, de pro-  
fectione Israel memoratus est, et de ossibus suis mandavit. \* Et Osa.  
Gloria. + Osa. Celi. 29. Hebr. 11.

### Feria II. post Dom. I. Quadrag.

R. I. Notum faciet Dominus, qui ad se pertinent, et sanctos  
applicabit sibi, \* Et quos elegerit, appropinquabunt ei. \*  
Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur a Deo. \* Et  
quos. Nam. 16. Hebr. 5.

R. II. Dilectus Deo Moyses, cujus memoria in benedictione est: \* Glorificavit illum in conspectu regum, et iussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. \* In fide et lenitate ipse sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne. \* Glorificavit. Cal. 50.

R. III. Sapientia intravit in animam servi Dei, \* Et stetit contra reges horrendos in portentis et signis. \* Ad illi Dominus: Veni, et mittam te ad Pharaonem. \* Et stetit. Sap. 20. Exod. 3.

R. IV. Hunc Moysen, quem negaverunt dicentes: Quis te constituit principem et iudicem? \* Hunc Deus principem et redemptorem misit, \* Cum manu Angeli, qui apparuit ei in rubo. \* Hic eduxit illos faciens prodigia et signa in terra Aegypti. \* Cum manu. Gloria. \* Qui apparuit. Act. 7.

### Feria III. Post Dom. I. Quadrag.

R. I. Fide Moyses celebravit Pascha, et sanguinis effusionem, \* Ne qui vastabat primitiva, langeret eos. \* Tollat unusquisque agnum per familias suas, et sument de sanguine ejus, ac ponent super utramque postem et in superliminaribus domorum. \* Ne. Hebr. 11. Exod. 12.

R. II. Erat agnus absque macula; immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. \* Erat autem sanguis vobis in signum: nec erit in vobis plaga disperdens. \* Redempti estis pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi et incontaminati. \* Erat. Exod. 12. 1. Petr. 1.

R. III. Cum fuit exterminium primogenitorum, \* Omnipotens sermo tuus, Domine, de coelo durus debellator in mediam exterminii terram profudit, et replevit omnia morte. \* Suscepta est a populo tuo sanitas iustorum, in iustorum autem exterminatio. \* Omnipotens. Sap. 18.

R. IV. Eduxit Dominus populum suum in exultatione et electos suos in solibus. \* Solata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos. \* Eduxit eos cum argento et auro, et non erat in hibubus eorum infirmus. \* Solata. Gloria. \* Solata. Ps. 104.

### Feria IV. Post Dom. I. Quadrag.

R. I. Quos rogantes projecerant, hos tanquam fugitivos persequabantur, \* Ut quo deerant tormentis, repletet poenitentia. \* Ad rationem amittebant, \* Ut quo. Sap. 19.

R. II. Clamorem patrum audisti Domine, super mare Rubrum, \* Et mare divisisti antea eos. \* Quis similis tui in fortibus Domine? \* Et mare. 2. Id. 9. Exod. 15.

R. III. Fide transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram; \* Quod experti Aegyptii, devorati sunt. \* Dedisti, Domine, signa et portenta in Pharaone et in universis servis ejus, et fecisti tibi nomen; \* Quod experti. Hebr. 11. 2. Id. 9.

R. IV. Tunc cecinit Moyses et filii Israel carmen hoc Domino, et dixerunt: \* Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum et asensorem deiecit in mare. \* Christus per mortem destruxit eum, qui mortis habebat imperium, id est, diabolum. \* Cantemus Domino. Gloria. \* Cantemus. Exod. 15. Hebr. 2.

### Feria V. Post Dom. I. Quadrag.

R. I. Audivit Deum Moyses et vocem ipsius, et induxit illum in nubem. \* Et dedit illi coram procepta et legem vitae et disciplinae, docere Jacob testamentum suum, et iudicia sua Israel. \* Hic est, qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina; \* Et dedit. Cal. 45. Act. 7.

R. II. Lex per Moysen data est; \* Gratia et veritas per Iesum Christum facta est. \* Legem mandavit Moyses in proceptis iustiarum; \* Gratia. Joan. 1. Eul. 27.

R. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, \* Et his qui custodiunt procepta ejus in mille generationes. \* Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, \* Et his. Deul. 4. Rom. 8.

R. IV. Accessistis ad novi testamenti mediatorem Iesum. Videte

In Lect. II.  
montem istum. \* Ad Moyses.

In Lect. I.  
et ledere. \* Custodi verbum.

In Lect. II.  
Omnes moriemur. \* Feceruntque.

In I. Lect.  
ego sum Dominus. \* Tollensque.

In Lect. II.  
equites eorum. \* Cumque ext.

In Lect. I.  
procepta mea. \* Non assumes.

In Lect. II.  
illius sunt. \* Cunctus autem.

In I. Lect. Verba iustorum. q. Peregrino.  
In II. Lect. Deo tuo. q. Ecce ego.

In Lect. I.  
gentem magnam. q. Moyses.

In Lect. II.  
filius Israel. q. Reversusque ad

In Lect. I.  
ego sum Dominus. q. Non facies. \*

In Lect. II.  
inimicos vestros, et corruent coram vobis. q.  
Quod si.

In Lect. I.  
ex Israel. q. Tribum Juda.

In Lect. II.  
ego Dominus. q. Locutusque est

ne recusetis loquentem. \* Si enim illi non effugerunt, recusantes  
eum, qui super terram loquebatur; multo magis nos, qui de coe-  
lis loquentem nobis avertimus. \* Hodie si vocem ejus audieri-  
tis, nolite obdurare corda vestra, \* Si enim. Gloria. \* Si enim.  
Hebr. 12. Ps. 94.

### Feria VI Post Dom. I. Quadrag.

Responsoria ut heri.

#### Sabbato Post Dom. I. Quadrag.

R. I. Aversi sunt cordibus suis in Aegyptum, et vitulum fe-  
cerunt, \* Et obtulerunt hostiam simulacro, et lolabantur in operi-  
bus manuum suarum. \* Mutaverunt gloriam suam in simili-  
tudinem vituli comedentis fenum; \* Et obtulerunt. Act. 7.  
Ps. 105.

R. II. Cum fecissent sibi vitulum conflabilem et dixerunt: Ille est  
Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto; \* Tu autem Domine in miseri-  
cordiis tuis multas non dimisisti eos in deserto. \* Obliti sunt Deum,  
qui salvavit eos; \* Tu autem. 2. Ps. 9. Ps. 105.

R. III. Ne Idolatro efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmo-  
dum scriptum est: \* Sedit populus manducare, et surrexerunt ludere.  
\* Fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt simulacrum: \* Sedit.  
1. Cor. 9. Ps. 105.

R. IV. Confirmabo super domum Israel testamentum novum: Dan-  
do leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas:  
\* Non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis,  
sed in tabulis cordis carnalibus. \* Feriam foedus novum non  
secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, quod irritum  
fecerunt: \* Non atramento. Gloria. \* Non atr. Hebr. 8. 2. Cor. 3.  
Jerem. 31.

### Feria II. Post Dom. II. Quadrag.

R. I. Hoc est annuntiatio, quam audistis ab initio, \* Ut diligatis  
alterutrum. \* Omnis lex in uno sermone impletur; \* Ut. 1. Joan. 3.  
Gal. 3.

R. II. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: \*  
Qui enim diligit proximum, legem implevit. \* Hoc mandatum habe-  
mus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum; \* Qui enim.  
Rom. 13. 1. Joan. 21.

R. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens  
pactum et misericordiam diligentibus se, \* Et his qui custodiunt  
procepta ejus in mille generationes. \* Diligentibus Deum omnia  
cooperantur in bonum, \* Et his. Deut. 7. Rom. 8.

R. IV. Non audierunt mandata tua, et cervicem suam indura-  
verunt, nec audierunt: \* In misericordias autem tuas plurimas non  
fecisti eos in consumptionem. \* Populo huic factum est cor incre-  
dulum et exasperans, receperunt et abierunt: \* In mis. gloria.  
\* In miserie. 2. Ps. 9. Jerem. 5.

### Feria III. Post Dom. II. Quadrag.

R. I. Moyses fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus,  
\* In testimonium eorum, quo dicenda erant. \* Suscepit illi Deus cora  
populo suo, et ostendit illi gloriam suam, \* In testim. Hebr. 11. Celi 50.

R. II. Nolum faciel Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos ap-  
plicabit sibi, \* Et quos elegerit, appropinquabunt ei. \* Nec quis  
quam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo; \* Et quos. Num. 16.  
Hebr. 5.

R. III. Levito mei observent, quidquid ad cultum pertinet, et  
custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio. \* Qui bene  
ministraverint, gradum bonum sibi acquirunt. \* Ministrant  
nullum crimen habentes: \* Qui bene. Num. 3. 1. Tim. 2.

R. IV. Nolite contaminare animas vestras: \* Sancti estote,  
quid ego sanctus sum. \* Solitum nolite tangere: mundamini,  
qui geritis vasa Domini. \* Sancti. Gloria. \* Sancti. Levit. 11. Ipsi. 52.

### Feria IV. Post Dom. II. Quadrag.

R. I. Non sunt recordati mirabilium tuorum, Domine, quo  
feceras eis; \* Et induraverunt cervices suas et dederunt caput,  
ut converterentur ad servitutem suam. \* Pro nihilo habuerunt

Terram desiderabilem, non crediderunt verbo Domini. \* Et in-  
duraverunt. 2. Esdr. 9. Pf. 105.

R. II. In diebus Moyfi Iesus misericordiam sicut Iosue et  
Caleb perfringere murmur malitia, et ipsi duo liberales sunt a  
numero sexcentorum milium pedum; \* Ut viderent omnes  
filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo. \* Iosue dum  
implevit verbum, factus est dux in Israel: Caleb dum testifica-  
tur in ecclesia, accepit hereditatem; \* Ut viderent. Eccli. 46. 2.  
Mach. 2.

R. III. Ne murmuraveritis, sicut quidam eorum murmu-  
raverunt, \* Et perierunt ab exterminatore. \* Elevavit Dominus  
manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. \* Et perie-  
runt. 1. Cor. 10. Pf. 105.

R. IV. Videmus, quia non potuerunt introire propter incredulita-  
tem: \* Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introandi in  
requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. \* Nos in pluri-  
bus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto.  
Hoc autem in figura facta sunt nostri. \* Timeamus. gloria. \*  
Timeamus. Hebr. 3 et 4. 1. Cor. 10.

Feria V. Infra Dom. II. Quadrag.

R. I. Cum steterunt adversum Moysem et Aaron, \* Dixerunt:  
Sufficit vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est  
Dominus. \* Rebellerunt alieni, qui erant cum Sathan et Abiron,  
et congregatio Core, in iracundia: \* Dixerunt. Num. 16. Eccli. 45.

R. II. Ne murmura veritis, sicut quidam eorum murmuraverunt,  
\* Et perierunt ab exterminatore. \* Irribaverunt Moysem in  
castris, Aaron sanctum Domini. \* Et perierunt. 1. Cor. 10. Pf. 105.

R. III. Vidit Dominus Deus et non placuit illi, \* Et consum-  
ti sunt in impetu iracundie. \* Superba est terra et deglutivit  
Sathan, et operuit super congregationem Abiron: flamma com-  
bussit peccatores. \* Et consumti. Eccli. 45. Pf. 105.

R. IV. Hoc omnia in figura contingebant illis; scripta sunt  
autem ad correptionem nostram. \* Itaque \* Qui se castimat stare,  
videat, ne cadat. \* Sicut illis Deus monstra, et consumpsit illos in  
flamma ignis. \* Itaque. gloria. \* Qui se. 1. Cor. 10. Eccli. 45.

Feria VI. infra Dom. II. Quadrag.

R. I. Moyse fidelis erat in tota Domini tanquam famulus, \* In  
testimonio eorum, que dicenda erant. \* Inspexit illi Deus coram  
populo suo, et ostendit illi gloriam suam, \* In Testim. Hebr. 5. Eccli. 50.

R. II. Lex per Moysem data est, \* Gratia et veritas per Iesum  
Christum facta est. \* Regem mandavit Moyse in preceptis iustia-  
rum; \* Gratia. Ioan. 1. Eccli. 24.

R. III. Dominus Deus ipse est Deus fortis et fidelis, custodians pactum  
et misericordiam diligentibus se, \* Et his, qui custodiunt precepta eius  
in mille generationes. \* Diligentibus Deum omnia cooperantur in  
bonum, \* Et his. Deut. 5. Rom. 8.

R. IV. Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filius suis:  
\* Ut cognoscat generatio altera. \* Filii qui nascentur et exsurgent, et  
narrabunt filio suis; ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur  
operum Dei; \* Ut cognoscat. Gloria. \* Ut Dg. Pf. 44.

Sabbatho infra Dom. II. Quadrag.

R. I. Quadraginta annis parasti eos Domine in deserto, nihilque  
eis desuit: \* Vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non  
sunt attriti. \* Spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, et mana-  
tum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in siti: \*  
Vestimenta. 2. Esdr. 9.

R. II. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel:  
\* Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus: qui maledixerit, in maledi-  
ctione reputabitur. \* Beatus es, tu Israel: quis similis tui, popule, qui  
salvatus in Domino. \* Qui. Num. 24. Deut. 33.

R. III. Dilectus Deo et hominibus Moyse: cuius memoria in bene-  
dictione est: Similem illum fecit in gloria sanctorum, \* Et magnificavit  
eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit. \*  
N

In Lect. I.  
filiorum Israel. 9. At vero.

In Lect. II.  
filium Num. 9. Parasulas autem.

In Lect. I.  
populum Domini. 9. Quod cum.

In Lect. II.  
maverint Dominum. 9. Confestim igitur.

In Lect. I.  
dies tui. 9. Audi, Israel.

In Lect. II.  
domus tua. 9. Cumque interrog.

In Lect. I.

In Lectione II.  
lugentium Moyse. 9. Iosue vero.



Hunc Deus principem et redemptorem misit cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo. \* Et magnificavit. Celi. 45. Act. 7.

R. IV. Moyses fidelis erat, in domo Dei tanquam famulus; Christus vero tanquam filius, accipiens a Deo parte honorum et gloriam, voce delapsa ad eum hujusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: \* Ipsum audite. \* Moyses dixit filiis Israel: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: \* Ipsum audite. Gloria. \* Ipsum audite. Hebr. 1. 2. Act. 7.

Feria II. infra Dom. III. Quadrag.

R. I. Ita in iustitia et timore, et prepara animam tuam ad tentationem: \* Sustine sustentationes Dei, ut crescat in novissimo vita tua. \* Quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit: \* Sustine. Celi. 2. Hebr. 12.

R. II. Nudus egressus sum de utero matris mee, et nudus revertar illi: \* Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ista factum est: filii nomen Domini benedictum. \* Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus. \* Dominus. Job. 1. 1. Tim. 6.

R. III. Deus ipse erit salvator meus. \* Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. \* Quis filius, quem non corripit pater? \* Etiam si. Job. 13. Hebr. 12.

R. IV. Beatus homo, qui corripitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes; \* Quia ipse vulnerat et medetur, percutit, et manus ejus sanabunt. \* Noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. \* Quia. Gloria. + Ipse. Job. 5. Hebr. 12.

Feria III. infra Dom. III. Quadrag.

R. I. Quare detraxistis sermonibus veritatis, \* Cum e vobis nullus sit qui possit arguere me? \* Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis? \* Cum e vobis. Job. 6. Joan. 8.

R. II. Deridetur iusti simplicitas. \* Lampas contenta apud cogitationes divitum, parata ad tempus. \* Iustus perit, et non est, qui recogitet corde suo. \* Lampas. Job. 12. Isa. 57.

R. III. Apud ipsum est sapientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam. \* Si destruxerit, nemo est, qui edificet; si intulerit hominem, nullus est, qui aperiat. \* Si aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit. \* Si destruxerit. Job. 12. Apoc. 3.

R. IV. Respice, fili, nationes hominum, \* Et scilote, quia + Nullus speravit in Domino, et confusus est. \* Patientes ipsius estote et vos, et confirmate corda vestra: \* Et scilote. Gloria. + Nullus. Celi. 2. Iacob. 5.

Feria IV. infra Dom. III. Quadrag.

R. I. Deus, cujus ira nemo resistere potest, et sub quo curvantur, qui portant orbem? \* Quantus sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? \* Vere scio quod non justificetur homo coram profectus Deo. \* Quantus ergo. Job. 9.

R. II. Semper quasi humentes super me fluctus timui Deum, et pondus ejus ferre non potui. \* Quid faciam, cum surrexerit Deus ad judicandum Deum? \* Horrendum est incidere in manus Dei viventis. \* Quid. Job. vi. Hebr. 10.

R. III. Apud Dominum est sapientia et fortitudo; \* Ipse habet consilium et intelligentiam. \* Si fortitudo quoties, robustissimus est; si equitas iudicii, nemo audeat pro me testimonium dicere: \* Ipse. Job. 12. et 9.

R. Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine. \* Quia + Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. \* Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti; \* Quia. Gloria. + Non. Ps. 142. Job. 9.

Feria V. infra Dom. III. Quadrag.

Responsoria ut supra feria III. ps.

In Lect. I.

illius serva. 9 Egressus igitur.

In Lect. II.

Consolarentur. 9 Cumque elevasset.

In Lect. I.

esse consumptos. 9 Porro ad me.

In Lect. II.

receperunt a me. 9 Docebe me.

In Lect. I.

Cur ita facis? 9 Deus, cujus.

In Lect. II.

ipse consumit. 9 Verebar omnia.

In Lect. I. iniquitas tua. 9 Respondens.

In Lect. II. decipitur. 9 Adducit.

Feria VI. infra Dom. III. Quadrag.

R. I. Quis ex vobis arguet me de peccato? \* Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? \* Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum a vobis nullus sit, qui possit arguere me? \* Si veritatem. Joan. 8. Job. 6.

R. II. Deus, cujus iris nemo resistere potest, et sub quo currantur qui portant orbem. \* Quantum ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo. \* Vere scio, quod non justificetur homo copositus Deo. \* Quantum. Job. 9.

R. III. Qui videbant me foras fugerunt a me. \* Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filius matris meae. \* Suffragium qui simul contristaretur, et non fuit; et qui simul consolaretur, et non inveni. \* Extraneus. Ps. 30 et 88.

R. IV. Corpus meum dedi perculentibus, et genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me. \* Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. \* Ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis. \* Dominus. Isai. 50. Ps. 21.

Sabbato infra Dom. III. Quadrag.

Responsoria ut heri.

Feria II. infra Dom. IV. Quadrag.

R. I. Viam Domini custodivi, et non declinavi ex ea. \* A mandatis labiorum ejus non recessi. \* Quis arguet me de peccato? \* A mandatis. Job. 23. Joan. 8.

R. II. Offensusi occiderit me, in ipso sperabo: \* Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam. \* Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar: \* Verumtamen. Job. 13.

R. III. Quia non cito prosperatur contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrunt mala. \* Attamen ego cognovi quod erit bonum timoribus Deum. \* Inimici Domini mox ut honorati fuerint, quemadmodum sumus deficient. \* Attamen. Ecli. 8. Ps. 26.

R. IV. Divos cum interierit, non sumet omnia; \* Neque descendet cum eo gloria ejus. \* Sicut flos feni transibit; \* Neque gloria. \* Neque. Ps. 48. Jac. 1.

Feria III. infra Dom. IV. Quadrag.

R. I. Super salutem et speciem dilexi sapientiam, et proposui pro luce habere illum; \* Quoniam inextinguibile est lumen illius. \* Non dabitur aurum obripium pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus; \* Quoniam. Sap. 7. Job. 28.

